



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

Crimen. à. n. 326.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

*Contra*: Consuetudo non potest tollere vim legis, nisi ex racito vel expresso consentu Principis: sed ex dictis Ecclesia vel Summus Pontifex non potest presumi in dictam consuetudinem consensisse: Igitur &c.

Dices secundo Secundum communem Theologorum, leges etiam Ecclesiasticae pendent ab acceptatione populi: Sed Hæretici non acceptarunt has leges irritantes Matrimonia: Igitur &c. &c. dist. M. pendent ab acceptatione populi morigeri, & ex rationabili causa conc. M. populi repellis, & sine tali causa neg. M. & eodem modo dist. M. neg. conseq. Unde addit Suar. Nemo potest eximi ab obedientia propter inobedientiam: Igitur Hæretici non obedientes legi Ecclesiæ, ab ea nullatenus eximuntur, petet, quid si prior uxor fieret etiam Catholica, vellerque cohabitare Marito suo converso? &c. Fote admittendam, & cum dispensatione Reverendissimi Ordinarij ex utraque parte petendus novus consensus. Ita praxis.

### Crimen.

### CONFERTIA. XXV.

Quidam Confessarius in Ecclesia Miraculo-  
sæ Virginis excipiens Confessiones pereg-  
rinationum narravit se pro una eademque vice  
habuisse tres seqq. casus. Primus fuit viduæ,  
quæ cum spe & promissione Matrimonij sa-  
pius habuit copulam cum uxore, tandem  
mortua uxore actu contraxit cum adultero.

O

Se-

**S**ecundus erat viri, qui vivente uxore senicul assiduo peccabat cum ancilla cum promissione futuri Matrimonij, quod ut eo citius potiretur, ex communis consilio obtulerunt uxori venenum, qua extincta solemniter celebrarum nuptias. Tertius erat etiam alterius viri, qui cum alterius uxore contraheret, cumu conspiravit, ut illa suam, & ipse suam è me dio tollerent, quo facto inter se contraxerunt nullo prius admisso adulterio. Jam ergo qua ritur, an hi tres contractus fuerint validi.

**R.** Omnes tres trium partium esse jure Ecclesiastico irritos. Patet ex cap. 1. de Conversione fidel Laudabilem. Et cap. si quis vivente 31. q. 1. ubi expresse hoc impedimentum statuitur, ad obtuncandam causam conjugibus committendi crimina uxoricidij & mariticidij. Cæterum secundum omnes DDes solum adulterium non est hujusmodi crimen, sequens Matrimonium cum adultera dirimens: Nec sola fides data si ve promissio Matrimonij absque adulterio, nec danique sola machinatio mortis, etiam effectu secundo una cum adulterio, si non sit facta intentione contrahend cum adultera,

### Cultus Disparitas.

### CONFERENTIA. XXVI.

**227.** **M**ulier Catholica nupta viro Acatholico, confiteretur in loco Catholice Confessario, quod Viro Acatholico nupserit, dum potuisse habere suæ fidei consortem: Et quod proles